Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



53

esse quod meruat. ut audenter inlicita committat;
Unde luce clariuſ conſtat. quod coram deo innocentia
amittitur. ante cuius oculoſ et deſiderio peccatur;
At contra hi quoſ ab iniquitatib⁹ nec flagella conpeſcunt.
tanto acriori inuectione ferendi ſunt. quanto maiori
inſenſibilitate duruerunt. Plerumq; enim ſine dedigna
tione dedig nandi ſunt. ſine deſperatione deſperan
di. ita dum tacet ut et oſtenſa deſperacio formidinem
incutiat. et ſubiuncta admonitio adſpem reducat. Diſtric
te itaq; contra illoſ diuine ſententie proferende ſunt. ut
ad cognitionem ſui conſiderata eterna animi aduerſione re
uocentur; Audiant enim in ſe impletum eſſe quod ſcriptum eſt;
Si contunderis ſtultum in pila quaſi tipſanaſ. feriente de
ſup pilo non auferet⁹ abeo ſtultitia eius. Contra hoſ prophe
ta domino queritⁿ dicens; Attriuiſti eoſ. et renuuerunt acci
pere diſciplinam. Hinc eſt quod dominus dicit; Interfeci et per
didi populum iſtum. et tamen auuiſ ſuiſ non ſunt reuerſi.
Hinc rurſus ait; Populuſ non eſt reuerſuſ ad percutientem
ſe; Hinc uoce flagellantium propheta conqueritⁿ dicens;
Curauimuſ babylonem. et non eſt ſanata; Babylon quippe
curatur nec tamen ad ſanitatem reducit⁹. quando mens in
praua actione confuſa. uerba correptionis audit. fla
gella correptionis percipit. et tamen ad recta ſalutiſ ſti
nera redire contempnit. Hinc captiuo iſrahelitico

inpuerbiſ

in hieremia.

meſaya.

in hieremia.